BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 288r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut apprehendas uitam eternam in
qua uocatus es: et confessus bonam
confessionem coram multis testibus.
Precipio tibi coram deo qui uiui
ficat omnia. et xpo ihu. qui testimoniu
reddidit sub pontio pylato bonam
confessionem ut serues mandatum
hoc sine macula. irreprehensibile usque
in aduentum dni nri ihu xpi: quem
suis tpribus ostendet beatus. et solus
potens. rex regum et dns dnantium:
qui solus habet immortalitatem et lucem
habitat inaccessibilem. quem nullus
hominum uidit sed nec uidere potest:
cui est gloria. honor. et imperium sempi
ternum. amen. Diuitibus huius seculi
precipe non sublime sapere. neque spe
rare in incerto diuitiarum. sed in deo ui
uo: qui prestat nobis omnia habun
de ad fruendum: bene agere. diuites
fieri in operibus bonis: facile tribuere.
communicare. thesaurizare sibi bo
num fundamentum in futurum: ut
apprehendant uitam eternam. O tymo
thee depositum custodi: deuitans pro
phanas uocum nouitates. et oppositi
ones falsi nominis scientie: quam quidam
promittentes circa fidem exciderunt. Gratia
dei tecum. amen. Argumentum .ij.
Tem tymotheo scribit de exhorta
tione martyrii. et omnis regule uitatis
et quid futurum sit tpribus nouissimis.
et de sua passione: scribens a roma
de carcere. .i.
Paulus apls xpi ihu
per uoluntatem dei se
cundum promissionem
uite que est in xpo ihu.
tymotheo krmo filio suo. Gratia
misericordia. pax. a deo patre nro et xpo
ihu dno nro. Gratias ago deo meo
cui seruio a progenitoribus meis in
conscientia pura: quomodo sine intermissione
habeam tui memoriam. in orationibus me
is: nocte ac die desiderans te uidere.
memor lacrimarum tuarum ut gaudio
impleat: recordationem accipiens eius
fidei que est in te non ficta. que et ha
bitauit primum in aua tua loyde.
et matre tua eunice. certus sum autem
quod et in te. Propter quam causam am
moneo te. ut resuscites gratiam dei que est
in te per impositionem manuum mearum.
Non enim dedit nobis deus spm ti
moris. sed uirtutis. et dilectionis. et so
brietatis. Noli itaque erubescere testi
monium dni nri xpi ihu. Neque me
uinctum eius: sed collabora euangelio se
cundum uirtutem dei. qui nos liberauit
et uocauit uocatione sua sancta: non
secundum opera nra. sed secundum propositum suum
et gratiam. que data est nobis in xpo ihu.
ante tpra secularia: manifestata est
autem nunc per illuminationem saluato
ris nri ihu xpi: qui destruxit quidem
mortem. illuminauit autem uitam. et in
corruptionem: in quo positus sum ego
predicator et apls et magister gentium.
Ob quam causam etiam hec patior: sed non
confundor. Scio enim cui credidi. et cer
tus sum. quia potens est depositum meum
seruare in illum diem. formam habens
sanorum uerborum que a me audisti in fi
de et dilectione in xpo ihu. bonum deposi
tum custodi. per spm scm qui habitat
in nobis. Scis hec quod auersi sunt a
me omnes qui in asya sunt. ex quibus est
fileneus. uel philetus. figellus. et her
mogenes. Det misericordiam dns honesifori
dni: quia sepe me refrigerauit: et ca
thenam meam non erubuit: sed cum
romam uenisset. sollicite me quesiuit.